

Theologumena

Pindari Lyrici.

Pars prior.

Scripsit

J. C. H. Clausen.

Quo lubentius ad tempus avocari me passus sum, oblata hac scribendi opportunitate, a quotidianis scholasticæ vitae occupationibus ad recolenda earum rerum studia, quibus iuvenilem olim exercebam mentem, tanto magis vereor, ne, quod Pindari potissimum carmina mihi sumpserim interpretanda eruditis audacior videar esse, qui quantas ea res habeat difficultates cum animo meo parum consideraverim. Ac primum quidem iure ac merito hoc postulatur ab eo, qui se veterum interpretem profitetur, ut et penitus pernoverit linguam, et quomodo ea utatur scriptor probe sciat, tum ut exquirat accurate ac subtiliter, quid ille de summis rebus cum publicis privatisque tum divinis cogitet, postremo ut recte iudicet ac sincere, quae inde sequatur actatis illius hominum et morum et ingenii ratio. Eiusmodi autem quaestio ut est ex eis, quae maxime animum allicant atque delectent, ita cum per se est admodum difficilis, tum aliquanto difficilior videtur esse, quum de poeta habetur, qui inter gravissimos et copiosissimos non ingenii solum vi, sed etiam animi ardore et divino quodam quasi afflatu accensus „immensus ruit profundo ore multaque levatur aura.“ Accedit quod ex tanta doctissimorum hominum commentationum copia, quae post Disseni interpretationem prodierunt praestantissimam (cf. Schneid. Philol. II. 705 sqq. Bergki Poetae Lyrici Graeci, edit. II. praef.) mihi, quibus uterer, ad manum erant admodum paucae, ut quae ab aliis acute ac diligenter disputata sint meam scientiam fugisse sit sane quod doleam, ac quidem mirifice. Quodsi igitur et ingenii considero acumen, quod mallem mihi suspperteret, et temporis spatium otiique, quod rarum mihi contigit et exiguum, tum vero magnopere est verendum, ne mihi dictum sit illud Pindari: Ἀτελὴ σοφίας παρόν δρέπειν. Sed tamen periculum facere quam desperare malui eiusdem Pindari memor hortantis: ὁ μέγας δὲ κίνδυνος ἀνάλκιν οὐ φῶτα λαμβάνει.

Atque ita rem digessi, quam mihi sumpseram tractandam, ut hoc quidem libello dicam primum de Pindari ingenio ac moribus, tum de epinicio carminis natura, postremo generaliter, quid de rebus et divinis et humanis statuerit Pindarus. Quod ut aequi boni facias, qui haec leges, magnopere te rogo.

Pindarus Thebanus, Daiphanti filius, antiquissima Aegidarum¹⁾ gente Cynoscephalis oriundus, natus, quod est veri simillimum, Thebis anno Olympiadis quartae et sexagesimae tertio ipsis Pythiis (fr. inc. 102), id est primo vere anni a. Chr. n. 522, post exactos octoginta annos diem supremum obiit Argis (Ol. 84, 3).²⁾ Thebis, quibus civis erat adscriptus ad domum suam est sepultus. Aeschyo fuit tribus annis minor, Simonidi et Bacchylidi aequalis, sed ita, ut Simonide fuerit iunior, maior Bacchylide.

Natum esse eum, qui clarissimus aliquando evasurus esset poeta, dii vel prodigo indicarunt. Fabulabantur enim sive aequales sive posteri apes ori recens nati mel dulcissimum instillassem, Panem cum Nymphis tripudiasse ante aedium fores, Rhaeque auditu esse cymbala tympanaque: natum nimirum esse eum, qui ipsorum cultui et rhythmicae arti totum se esset addicturus. Deorum enim venerationi iam maiores eius, a quibus ars *αὐλητική* hereditario quodam iure exercebatur, magno opere inservierant; patriis autem vestigii egregie ingressus est Pindarus. Puerum parentes, adolescentem praeceptores eius aetatis nobilissimi artibus instituerunt, quorum unum appellasse sufficit Lasum Hermonensem, Musarum artis (*τῆς μουσικῆς*) magistrum peritissimum, a quo Pindarus, quem sedecim fere annos haberet, Athenis, praeclaris iam tum bonarum artium fautricibus, ea fertur didicisse, quae ad choreuticam poesin pertinerent. Per multa autem olim eius artis studiosis erant perdiscenda: rhythmorum et modulationis natura, tum metrorum, canendi saltandique et choros instruendi ratio, sermonis denique usus, fabularum tractatio narrandique genus lyricae poesi accommodatum. Atque Pindarus quantopere in his ipsis rebus inter omnes excellat, qua cura atque diligentia verborum pondera examinaverit, vel quantum in eo collocaverit laboris, ut ad id quocunque ageretur apte congruenterque diceret, vel qua arte prudentiaque carmina sua per partes deducta ad mirum quendam quasi consensum concentumque rerum et verborum temperaverit, ut secuta omnia non quae sita esse viderentur, id nemo sane ignorat, nisi qui antiquitatis prorsus ignarus est. Discenda autem ea sunt, aut certe, quem natura benigne donavit animus disciplina et labore excolendus atque conformandus. At deridet Pindarus eos, qui quae didicerunt magni faciunt. Audio, et recte quidem mones, modo ne doctrinam et artem derisi habere eum putemus. Quid quod poetae ipsi, inter paucos natura ad poesin facto, nisi leges quoque artis suae et praecepta omnino cognita habuit, haud licuit sic ut facit impune desplicere adversarios, qui invita, ut aiunt, Minerva in iis potissimum, quae operose didicerint, glorientur, quid valeat insita animis atque innata vis poetices ignari. Audiamus ipsum:

*Σοφὸς ὁ πολλὰ εἰδὼς φυῖ· μαθόντες δὲ λάθοι
παγγλωσσίᾳ, κόρακες ὡς, ἀνδρῶν γαρύετον
Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.* O. 2, 86.

cf. O. 9, 100; N. 1, 25; 3, 40.

Idem tamen ingenii vires a natura benigne datas studio ac labore exerceri posse et augeri haud invitus confitetur O. 11, 20. *Θέξαις δέ τε φύντ' ἀρετὴ ποτὶ πελώριον ὄρμάσαι ψλέος ἀνήρ θεῖον σὺν παλάμῃ.*

Sed redeat, unde deflexit, disputatio nostra. Postquam igitur Athenis doctorum hominum praeceptis consiliisque institutus Thebas revertit, carminibus condendis et ipse operam dedit Corinnae, popularis suae, de fabulis modice adhibendis et de patro sermone religiose tenendo admonitionibus usus. Cum Myrtide inde poetria et cum Corinna ipsa in certamina ludicra descendisse, cum Simonide Ceo et Bacchylide contentiones eum ferunt habuisse, Eleusiniorum denique mysterii atque Pythagoraeorum vel Orphicorum disciplinae initiatum fuisse. Sed egregie, ut solet, haec pertractavit Schneidewinus, qui (p. LXXXIII.) quae alii de mystica illa somniant sapientia rectissime iudicat haud ita esse comparata, „ut in unam aliquam speciem persuasionis iurasse poetam dicas.“

His igitur vel praeceptoribus vel aemulis obtrectatoribusve educatus, admonitus, excitatus vigesimum agens annum (Ol. 61, 3. cf. Interpp. ad P. 10.). Thoracis Aleuadæ, hospitis et amici, obsecutus cohortationi

¹⁾ P. 5, 73 sqq. cf. J. 6, 12 sqq. Herod. 4, 147 sqq.

²⁾ Sequor in his et quae proxime dicentur Boeckhium Pr. ad Pind. T. II. P. II. p. 13 sqq. et Schneidewinum. Vitam enim Pindari conscribere neque animi mei erat, et alienum a consilio. Evidem pauca excerpti et ea potissimum, quae ad poetæ ingenium eiusque de rebus divinis humanisque sententiam accuratius perspiciem afferent.

primum quod integrum ad nos pervenit carmen composuit Pythium decimum, dignissimum tanto ingenio et omnium admiratione.

Erat autem epinicii carminis ratio atque natura ea, ut, cum non uni sed multis caneretur, quod infra accuratius docebitur, commune aliquid (*ζωιών τι*) et esset et haberetur. Multis igitur hominibus poetam eius artis peritum fuisse acceptissimum, non est quod miremur. Quantus autem Pindari carminibus, cum primum enotuerunt, fuerit honor non solum apud populares, sed apud doctissimum quemque earum rerum aestimatorem, cum multis illis comprobatur, quae gratus et singulorum et civitatum animus in eum congesit donis, beneficiis, laudis insignibus, tum ex ipsis carminibus eius est perspicuum. Hospitiis enim cum privatis, tum publicis atque adeo gratuito ab Amphictionibus datis (ut Dissenius ex ipsis poetae verbis N. 7, 65. προξενίᾳ πέποιθε satis probabiliter coniecit) per universam Graeciam honoratus, regibus pariter atque liberae conditionis hominibus, Atheniensibus haud minus quam Doricae originis populis inter paucos carus cum optimo quoque amicitiae et necessitudinis vinculis coniunctus per octoginta annos continuos vita gavisus est omnibus rebus ornata et copiosa.

Quamquam non propter ingenii tantum praestantiam et artem suam omnibus numeris absolutam in eo honoris gradu collocatum eum esse dicimus. Erat enim in eo praeter poeticam illam virtutem cum summa morum integritas, tum admirabilis quaedam deorum reverentia. Ac primum quidem perspicuum est, quantopere ipse carminibus suis epiniciis, hymnis, dithyrambis, ceteris adiuverit ad solennia publica magnifice agenda. Notum est praeterea Magnam Matrem et Panem delubris iuxta domum suam exstructis, Jovem Ammonem, Mercurium forensem, Apollinem Boedromium statuis dicatis eum et hymnis coluisse, Apollini Delphico, in cuius templo ferream habuit sellam, de qua Pacanem decaneret, fuisse acceptissimum. Tantum autem abest, ut Pindarus in caerimoniis rite peragendis veram posuerit pietatem et sanctitatem, ut diserte quid de deorum natura sentiat, atque de ratione, quae inter deos hominesque intercedat, iterum ac saepius sit professus. cf. O. 1, 52; P. 1, 29; fr. dith. 7; fr. inc. 24, et qui locus est instar omnium O. 1. 35. Λαστι δ' ἀνδρὶ φάμεν
κοινὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά· μετὰ γὰρ αἴτια. De quo cum ad id proxime pertineat, quod nobis propositum est, infra dicemus accuratius. Hoc interea teneamus, ea Pindarum fuisse sanctitate ac religione, ut iure a veteribus habitus sit inter τοὺς εὐσεβεστάτους et θεοφιλεστάτους.

Dictum est de Pindari educatione ac disciplina, de ingenio et de moribus eius; iam paucis agamus de eo artis poeticae genere, in quo maxime elaborasse censendus est. Ac primum quidem lyricorum Graeciae poetarum principem cum exstisset, quicunque vel obiter versati sunt in antiquitate et veteres et nostri homines contendunt uno ore omnes. Id addere liceat, Pindarum ita lyricum poetam esse iudicandum, ut vel tum cum fabularum narrationem aliquam instituat paullo longiore, non tam epica quam lyrica utatur narrandi ratione.

Sunt autem lyrae poesis genera potissimum duo, quorum alterum Aeolicum dieunt, alterum Doricum. Atque illud quidem ab Aeolicae gentis hominibus (Alcaeo, Sappho, aliis) primum excultum in eo potissimum positum est, ut ea, quae sentit poeta quibusque varie afficitur et commovetur, simpliciter eloquatur et tanquam propria sua. Sequitur, ut haec carmina ambitu sint minore, sermone haud alieno quidem a colore quodam et suco suo, modicis tamen luminibus ornato, rhythmis simplicioribus, strophis ex quatuor summum versibus compositis. Canebantur autem a singulis ad lyrae vel barbiti sonum. — Alterum lyrae poesis genus est choreuticum (*ἡ χορευτικὴ ποίησις*). Doricam eam artem vulgo vocant, quoniam initio a Doriensibus capto quamquam per totam Graeciam vulgata illius tamen gentis naturam retinuit, et dorice est locuta. Quamvis multa autem sint choreuticae poesis formae, id quod vel obiter insipienti Pindari fragmenta facile appetit, hoc tamen omnibus eius generis carminibus est commune, ut non tam ad singulorum hominum delectationem scripta sint, quam ut omnium, qui audiant sensum et mentem pariter commoveant, animos ad altiora evehant, ad maiorem pietatem sanctitatemque traducant morumque severitatem mitigent. Habent igitur haec carmina nescio quid grande ac sublime cum in verbis altissime exaggeratis et rhythmorum stropharumque compositione audaciore, tum in sententiarum pondere et spiritus magnificentia. Quid quod id ipsum, quod non a singulis hominibus, sed a compluribus choreutis, diligenter ad id institutis, ad citharae aut lyrae aut tibiarum sonum saltantibus caneabantur, publici aliquid et omnibus commune in iis inesse ostendit. Id autem harum Musarum

ministris (*τοῖς ἀοιδᾶν προπόλοις*) divinitus quasi impositum erat munus atque officium, ut aut in publicis civitatum sollennibus deorum clarorumque virorum laudes canticas celebrarent, aut in privatis conviviis commissationibusque hilaria funderent carmina, aut in funeribus epulisque post inferias defuncto factas a cognatis institutis et deplorarent mortuos et consolarentur superstites, aut denique ut victores sacris ludis corona ornatos, quo Victoriae cumulus accederet ita, ut tum demum absoluta videretur esse atque perfecta, carminibus canerent epiniciis. Ut enim Graecorum certaminum praemia, ne lucri magis quam virtutis et gloriae causa decertas viderentur, non tam aurum erant argentumve, quam corona ex oleastro aliave fronde facta, ita Victoriae laus levi quasi quodam carminum rore conspersa ea quidem habebatur diurna *Toῦτο γὰρ ἀθάνατον φωνᾶν ξοπεῖ.*

Atque hanc choreuticam poesin, cuius vestigia iam apud Homerum reperiuntur, post Alcmanem et Terpandrum a Stesichoro imprimis et Simonide cultam a Pindaro omnibus numeris perfectam esse atque absolutam nemo sane vocabit in dubitationem. Floruit igitur id carminum genus Persicorum bellorum maxime temporibus, quae per totam Graeciam tantam omnino ingenii et vim et exercitationem, quantam hodie admirantur omnes, non poterant non excitare.

Sed accuratius iam dicendum est de carminibus epiniciis, quorum quidem naturam, qualis sit, non plane perspexisse videtur is, qui hoc ea velle contendit, ut celebretur victor, rectius is, qui, ut Victoria; sed diligentius rem exquiramus. Certis legibus circumscriptum fuisse epinicum carmen Pindarus ipse testatur. Idemdem eiusmodi praecepta esse significat more sancita, quae ipsum moneant, ne excedat *τὸν τεθμόν.* cf. O. 7, 88. *τίμα μὲν ὑμρού τεθμὸν Ὀλυμπιονίζαν.* N. 4, 33. *Τὸ μαρῷ δ' ἔξενέπειν ἐρύζει με τεθμὸς Ὡσαὶ τ' ἐπειγόμεναι* (cf. Diss. Expl. p. 383.) I. 1, 62. *βραχὺ μέτρον ἔχων ὑμρος.* O. 11, 77. *τὸν ἐγκώμιον ἀμφὶ τρόπον.* N. 7, 69. *πάρο μέλος ἔρχεσθαι.* O. 13, 93; P. 10, 49; 11, 38; N. 3, 26. cf. N. 8, 50. Quibus ex legibus haec est, ut modus adhibetur in laudandis singulis hominibus. Quamquam enim Victoria e ludis sacrис reportata tanquam summum quod mortalibus a diis concessum sit bonum iure celebratur, et meritis laudibus fertur is cui, ut vinceret, contigit, tamen neque unum hoc est, quod in laudatione spectat poeta, neque primarium, et aegerrime sane tulissent non dii solum, quorum invidia est pertimescenda, sed etiam liberae reipublicae cives, si popularium hunc illumine abundantia quadam laudis obrui audissent. Parcus potius est poeta in domesticis laudibus, et subtili admodum iudicio, ubi diserte laudat, ea ponit, quae minus essent invidiosa. *Ο γὰρ ἐξοίζου ποτὶ μῶμον ἔπαινος ζητονται.* fr. inc. 71. cf. 68. 69.

Victoria est *ζουνόν τι*, victori, propinquis, civitati communis. Maiores igitur, gentiles, deus qui praebuat victoram, quique victorem domum redeuntem excipit, suam quisque laudis postulat partem cf. I. 5, 69. *Συνὸν ἄστει κόσμον ἐῳ προσάγων.* O. 8, 83. *κόσμον, ὃν σφι Ζεὺς γένει ὄπασεν.* P. 9, 93. *τό γ' ἐν ξυνῷ πεποναμένον εὐ.* O. 11, 11; I. 1, 46; P. 6, 15; O. 13, 49; 4, 11; 5, 4 sqq.; 9, 16 sqq.; cett. Pisā veniunt carmina a deo missa (*Θείμοροι ἀοιδαί* O. 3, 9; 1, 8 sqq.; 6, 4 sqq.; 10, 4), debitum quasi poetae divinitus iniunctum, quod victori solvat (*Θεόδματον χρέος* O. 3, 7; cf. O. 11, 3. 8; P. 4, 3; 8, 33; 9, 104; I. 1, 40 sqq.), quippe quae summum sint Victoriae praeconium. P. 9, 76. *Ἄρεται δ' αἰεὶ μεγάλαι πολύμνθοι* cf. O. 11, 95; N. 1, 11; 9, 48 sq.; 7, 11 sqq.; P. 10, 22; fr. enc. 4; N. 3, 6 sqq.; I. 4, 12 sq.; 22 sqq.; 2, 33 sqq.; N. 6, 30 sqq.; cf. *Μοῖσαι ἀργύρεαι* propter carminum splendorem dictae fr. inc. 17. et *Μοῖσᾶν χρύσεα μᾶλα* fr. inc. 18. Quid quod vel defuncti exaudiunt praedicationem Victoriae, dulce illud desiderii levamen P. 5, 102 sqq.; O. 8, 77 sqq.; P. 1, 92 sqq. *Ἀγγελία* enim, facunda Mercurii filia, Orci adit atras aedes maioribus splendidam nepotum gloriam nuntiatura O. 8, 81 sqq.; cf. O. 14, 20 sqq.; I. 7, 56 sqq.; N. 4, 85 sqq. Qui vero carmine non celebratus diem obiit supremum, is frustra laboravit O. 11, 91 sqq.; fr. enc. 4. (Propterea impii apud inferos summo supplicio afficiuntur — oblivione; *ἀγνοίᾳ καὶ λήθῃ ἀποχρύπτονται οἱ κολαζόμενοι* Plut. apud Boeckh. ad fr. 1. thren. Similiter Theognis 212. Welck.).

Recte igitur dixeris epinicum carmen in Victoriae ludicrae versari laudatione, et ita quidem, ut cuiusque carminis quasi fundamentum (der schwerpunkt des gedichtes) sit praedicatio Victoriae, quamvis paucis ea absolvatur; errare autem eos, qui poetam miro quodam animi ardore correptum multa quidem et ea praeclera, sed quae minus ad rem pertinerent congesisse contendant. Sed idem facile concedes, esse nonnulla, quae, si quaerimus, proxime abesse videantur a proposito. Sunt autem admonitiones, exhortationes, consolationes,

preces. Ea est enim epinicii carminis ratio et poetae tanquam sancti vatis munus, ut, quum victoris exornet aut virtutem (*ἀρετήν*) aut felicitatem (*τύχην*), simul fortunatis suadeat modestiam, quod non humanis viribus sed diis debeatur fortuna, continentiam potentioribus, incautis prudentiam, afflictis solatum, civibus concordiam, deorum reverentiam omnibus. Quam apte autem ac poetice haec tractata sint a Pindaro et quae directa dicuntur oratione proverbiis, sententiis, et quae tecte significantur fabulis, ut non adnexa videantur sed innexa potius carmini, id Disseni optime de Pindaro meriti opera egregie est patefactum.

Quae si ita sunt, facile intelligitur, quum in tanto honore fuerint epinicia carmina, quanta inde obvenierit scriptoribus et dignitas et auctoritas. Deorum quasi ministri atque interpretes intacti inviolatique quaslibet peragrabant terras a regibus pariter tyrannisque et liberae conditionis hominibus arcessiti, muneribus aucti ornatique, saepe in consuetudinem et amicitiam recepti. Quid mirum, si Pindarum, hominem sanctissimum tanta vi ingenii praeditum, tanta pietate, comitate, morum integritate, simplicitate animi, si talem hominem summo studio atque amore amplexa est universa Graecia. Legimus apud Plutarchum:

"Ἄρμενος ἦν ξείνοισιν ἀνήρ ὅδε καὶ φίλος ἀστοῖς

Πίνδαρος εὐφάνων Πιερίδων πρόπολος.

Atque talis quum esset, haud sane quid cogitaret de rebus divinis humanisque reticuit poeta. Ferebat enim, quod supra diximus, epinicii carminis et choreuticae poesis natura, ut, quidquid dicendum esset, modo ne odiosa proferrentur, vel tecte tangerentur (O. 2, 83 sqq.), vel promerentur aperte. Paeanem in Apollinem Delphis cantatum (fr. Paean. 1.), in quo Neoptolemum, Troja redeuntem a sacerdotibus propter hostiarum portionem ipsis debitam occisum esse dixerat, quum non sine offensione accepissent Aeginetae de *ἱεροσυλίᾳ* tecte indicata mythum explicantes, Pindarus caussam suam agit honestissime (N. 7.) ita, ut „et Neoptolemo honos esset, et suorum ipsius morum integritas constaret.“ Oblata hac quasi necessitate de moribus suis dicendi usu cognitis, universam Graeciam testatus ipse de se qualis sit, qualem ipsum probe norint omnes optimum facit iudicium N. 7, 64 sqq.

*'Εών δ' ἐγγὺς Ἀχαιὸς οὐ μέμψεται μὲν ἀνήρ
Ιονίας ὑπὲρ ἄλλος οἰκέων προξενίᾳ πέποιθ'. ἐν τε δαμόταις
οὐματι δέονται λαυπόν, οὐχ ὑπερβαλών,
βίαια πάντ' εκ ποδὸς ἔρυσαις, οὐ δὲ λοιπὸς εὐφρων
ποτὶ χρόνος ἔρποι. μαθὼν δέ τις ἀν ἔρει,
εἰ πάρ μέλος ἔρχομαι ψόγιον ὄαρον ἐνέπων.*

Atque idem profitetur N. 8, 35 sqq.

Veritatis amantissimus et, quae illam sequitur, iustitiae N. 3, 29. Aeacidas laudat, ac iure quidem, nam: *ἐπεται λόγῳ δίκαιας αὐτος, ἐστὸς αἰνεῖν* i. e. adest verbo meo iustitiae summum decus bonorum in prædicatione positum, ut recte Dissen. Invocat Veritatem reginam magnae virtutis principium fr. inc 118.

*Ἄρχα μεγάλας ἀρετᾶς ὥνασσ' Ἀλάθεια, μὴ πταισης ἔμαν
σύνθετιν τραχεῖ ποτὶ ψεύδει.*

cf. O. 2, 92; 4, 17; 6, 19. sqq.; 11, 3 sqq.; 13, 93 sqq.; P. 1, 43 sqq.; 86 sqq.; N. 1, 18; 6, 27 (29) sqq.; 7, 70 sqq.; 11, 24.; fr. inc. 129.

Non venalem habet Musam, licet pro carminibus pecuniam accipiat cf. I. 2, 1 sqq.; P. 11, 41 sqq. Admodum candide dictum est illud Pindari, quod legitur apud Eustath. 26. p. 17. Schneid. *Λεγεται, ὅτι
Πίνδαρος ἔρωτηθεις, διὰ τι Στηωνίδης μὲν πρὸς τοὺς τυράννους ἀπεδήμησεν εἰς Σικελίαν, αὐτὸς δὲ οὐκ
ἰθέλει, ἔρητι διότι βούλομαι ἔμαντῷ ζῆν, οὐκ ἄλλῳ.*

Itaque nullius arbitrio obnoxius probissimum quemque summo amplectitur amore, amicus amico, inimico fortis adversarius P. 2, 83 sqq.

*Φῦλον εἴη φιλεῖν ποτὶ δ' ἐκθρὸν ἀτ' ἐκθρὸς ἐών λύκοιο δίκαιαν ὑποθεύσομαι,
Ἄλλ' ἄλλοτε πατέων ὄδοις σκολιαῖς.*

Ἐν πάντα δὲ νόμον εὐθύγλωσσος ἀνήρ προφέρει ε. q. s.

cf. fr. inc. 158.

At vel inimicus laudandus est ex animo et non infra meritum, quum bene rem gessit. P. 9, 95 *Κεῖνος* (Nereus) καὶ τὸν ἐχθρὸν παντὶ θυμῷ σύν τε δίκῃ καὶ ὁζοντ’ ἔννεπεν. Laudat, quae laude digna sunt, vituperat contraria N. 8, 39; P. 2, 65 sqq.; N. 9, 6 sq.; I. 3, 7 sq.; fr. enc. 4. Maledicendi vero aequae atque adulandi studium sibi ipsum est pernicie. O. 1, 53. Ἀπέρδεια λέλογχεν θαμινὰ κακαγόρος. cf. P. 2, 54 sqq., 73 sqq., 90 seqq.; N. 1, 24; 4, 39 sq.; I. 1, 67 sqq. Fraus et mendacium sunt veterima et pessima mala N. 8, 32.

Ἐχθρὰ δὲ ἄραι πάροφασις ἦν καὶ πάλαι,
αἰμιλῶν μέθων ὁμόφοιτος, δολοφραδῆς, κακοποιόν ὄνειδος·
ἄ το μὲν λαμπρὸν βιᾶται, τῶν δὲ ἀφάντων κῦδος ἀντείνει σαθρόν.

Quae vero olim peccata sunt, ea silentio premere quam aperire praestat. O. 9, 103.

Ἄνευ δὲ Θεοῦ σεσιγαμένον
Οὐ σκαιότερον χοῦμ' ἔκαστον.

cf. O. 13, 91; N. 5, 14 sqq.; fr. dith. 7; fr. inc. 68, 8.

Aliis locis mitius verbum in talibus poeta ponit, ut θανόντων I. 3, 81. de filiis Megarae et Herculis a patre insanienti occisis; ἀντιτυχόντα pro μαρνάμενον N. 7, 42. de Neoptolemo cum sacerdotibus Delphicis rixanti. Cui veritatis studio illud quoque congruit, quod qualem se ipse habeat poetam ea qua par est sui fiducia profitetur ingenue. Mediocris est enim ingenii immodicum laudum suarum esse aut aestimatorem aut detrectatorem.

P. 4, 248. Πολλοῖσι δὲ ἀγηματιστικαῖς ἐτέροις.

O. 1, 111. Ἐμοὶ μὲν ὡν

Μοῖσα καρτερώτατον βέλος ἀλκῆ τρέψει.

cf. N. 3, 80 sqq.; O. 2, 83 sqq.; 7, 7 sq.; N. 4, 37 sqq.; 5, 19 sqq.; 7, 75 sqq.; 9, 54 sq.; P. 8, 34; 10, 67; I. 3, 19 sqq.; fr. inc. 158, 163, 163^a. Lubenter idem optimo cuique meritas impertit laudes. N. 8, 48.

Χαῖρω δὲ πρόσφορον ἐν μὲν ἔργῳ κόμπον ιεῖς.

Gratum animum et in aliis laudat, et profitetur ipse. P. 2, 21 Ixionem rotae affixum haec facit monentem:

Τὸν εὐεργέταν ἀγαναῖς ἀμοιβαῖς ἐποιχομένους τίνεσθαι.

cf. N. 7, 86 sqq.

Xenocratem amicum defunctum, Agrigenti olim honoratissimum, tunc tyrannide sublata multis invisum atque neglectum magnificentissime ornat carmine Isthmio secundo. (cf. fr. scol. 3. post I. 2. scripti, ibique interpret.) Qualem vero se praestiterit amicum, ne multus sim in re aperta, testari sufficit Hieronem et Arcessilaum. Hospitalitatem, qua ipse grato animo toties fuerat usus, imprimis commendat. cf. O. 1, 11 seqq.; 2, 99; 4, 15; 13, 1 sqq.; P. 2, 57 sqq.; N. 1, 19 sqq.; 9, 2; I. 2, 37 sqq.; 5, 70. Prudens denique humanarum cupiditatum iudex, quum insolentiā (*ὑβρει*) nihil magis sit extimescendum, verecundiam (*αἰδῶ*) sibi exoptat et amicis suis. O. 13, 115; N. 9, 33 sqq.; cf. P. 4, 145 sqq.

Atque haec quidem hactenus. Restat, ut pauca dicamus de Pindaro reipublicae constituendae et gerendae praeceptore, de quo egregie Guil. Wachsmuthum scripsisse audio, cuius libellum non fuisse ad manum est quod doleam. Claris ipse ortus natalibus, celeberrima Aegidarum gente, quamquam minime partium studiosus, nobilium tamen caussae favit¹⁾, neque id mirum, siquidem optimus quisque, cui patrii mores et iura paterna, cui antiqua

¹⁾ P. 10, 71. Ἐγ δὲ ἀγαθοῖσι καῖται
πατρῷαις κεδυαῖς πολὺν κυβερνάστες.

Haec adolescens, neque alia mens fuit viri:

P. 2, 86. Ἐγ πάντα δὲ νόμον εὐθύγλωσσος ἀνήρ προφέρει,
παρὰ τιφανίδι, χωπόταν δὲ λάθρος στρατός,
χόταν πόλιν οἱ σοφοὶ τηρέωνται.

P. 8, 44. Φυῆ τὸ γενναῖον ἐπιπρέπει
ἐκ πατέρων πατέντες λῆμα.

illa legum institutorumque sanctitas, cui respublica bene ordinata cordi esset, illa quidem aetate idem sentire se profitetur. Sufficit Theognidem laudasse et Aeschylum, utrumque Pindari aequalem, utrumque nobilem nobilium caussam defendantem quamquam diversa ratione. Mirum enim quantum civis Megarensis reducis in patriam vehementia distat ab Aeschyli grandi tranquillitate; neque Aristidis amico (cf. Aesch. Persas), victori Marathonio Salaminioque, strenuo Areopagi defensori (cf. Muell. ad Aesch. Eumen.) prorsus comparandus est Pindarus, qui tantum abest a partium studio, ut modum utique et tranquillitatem concordiamque civium firmissima existimet cum privatae tum publicae salutis fundamenta. P. 11, 50 sqq.

Θεόθεν ἐραμαν καλῶν, δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἀλιτίᾳ.
τὸν γὰρ ἄμπεον πόλιν εὐδίσκων τὰ μέσα μακροτέρῳ
δύλῳ τεθαλότα, μέμφομ' αἴσαν τυρανίδων·
ξυνάσται δ' ἀμφ' ἀρεταῖς τέταμαν φθονεροὶ δ' ἀμάνονται
ἄται, εἴ τις ἀπον έλαν ἀσυχᾶ τε νεμόμενος αἰνὰν ὑβριν
ἀπέργην μέλενα δ' ἀν' ἐσχατιὰν
καλλίστα θάνατον σφήσει, γλυκυτάτη γενεῖ
εὐάννυμον κτεάνον κρατίσταν χάσιν πορόν.

cf. I. 5, 71; 6, 39 sqq.; fr. inc. 23.; P. 3, 105 sqq.; N. 11, 29 sqq.; I. 3, 1 sqq.; P. 8, 1. Propterea Aeginetas celebrat, qui imprimis studeant iustitiae O. 8, 20 sqq. (Bkh. p. 180.) P. 8, 21 sqq.; fr. I. 4; Locros O. 9, 15 sqq.; O. 10, 11; Tenedios N. 11, 8 sqq., alios. Omnium autem rerum carissimam habet patriam (I. 1, 1.), eiusque salutem, quam qui defendit, ille vivus vel mortuus summam tulit gloriam I. 6, 26 sqq.; N. 9, 37 sqq.; quapropter laudandus ei videtur esse is, qui prior est in litibus componendis, ut Adrastus N. 9, 15 sqq., et quem Iasonis nomine significatum Boeckhius censet Demophilum exulem P. 4, 145 sqq., 281 sqq. Vota facit pro victoribus, ut in patriam reversi quietam reperiant civitatis conditionem, pro Diagora Rhodio et Eratidis O. 7, 89 sqq., pro Arcesilao Cyrenarum rege P. 5, 117 sqq. (quem P. 4, 270 sqq. ut iusto ac miti imperio utatur admonet), pro Hippoclea Thessalo P. 10, 17 sqq. Nusquam vero non acerrimum liberae Graeciae patronum et publicae salutis laudatorem se praestitit Pindarus, et falsa profecto utuntur criminatione, qui Medismi eum accusant, quorum agmen dicit Polybius IV, 31, 5., qui Thebanis reprehensis, quod deserta communi Graeciae causa Persis se adiunxissent pergit: Οὐδὲ Πίνδαρον (ἐπαινοῦμεν) τὸν συναποφηνάμενον αὐτοῖς ἄγειν τὴν ἡσυχίαν διὰ τῶνδε τῶν ποιημάτων. (fr. inc. 125.).

Τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ τιθεῖσ
ἔρευνασσάτω μεγαλάνορος Άσυχλας τὸ φαιδρὸν φάσι,

De vi verbi *ἄγαθοι* et similius egregie disseruit Welck. ed. Theogn. p. XXI. sqq.

Recensere h. l. licet quas civitates carminibus celebravit Pindarus, et qua tunc usae fuerint forma et statu indicare. Ac primum quidem Optimates plurimum valebant apud Thessalos Aleuadæ (P. 10.), apud Corinthios Bacchiadae (O. 13. fr. scol. 1.), apud Rhodios Eratidae usque ad Diagoræ filios ab Atheniensibus exactos cf. Bkh. expl. p. 177. 178. (O. 7.) apud Thebanos, decem annis exceptis, qui sunt ab Olymp. 80, 4. usque ad Ol. 83, 2. (ante Ol. 80, 1. scripta sunt I. 3; P. 11; I. 1. cf. Diss., fr. inc. 125. fr. hyp. 4., post reipublicæ formam ab Atheniensibus in democratiam mutatam I. 6., ut videtur); tum apud Orchomenios (O. 14.), Aeginetas usque ad Ol. 80, 4. (Muell. Aegin. 179.) (N. 5; I. 5; 7; 4; N. 7; O. 8; P. 8; N. 3; 4; 6; 8. fr. inc. 95; 96.) apud Locros et Epizephyrios (O. 10; 11. fr. inc. 111.) et Opuntios (O. 9. cf. Bkh. expl. p. 188.), postremo apud Lacedaemonios (fr. inc. 110.), Aetnaeos inde ab Ol. 76, 1. quo anno Aetna condita est ab Hierone (P. 1; N. 1; 9.), Tenedios, ut videtur (cf. Muell. ap. Diss. expl. p. 476.) (N. 11. scol. 2.) — A populo tenebantur civitates Argivorum, ut videtur (N. 10.), Atheniensem (P. 7; N. 2. fr. dith. 3; 4; fr. inc. 93. cf. Bkh. præf. ad fr. thren.), Thebanorum ab Ol. 80, 4. usque ad Ol. 83, 2. (I. 6.) Syracusanorum Camarinæorumque inde ab Ol. 78, 3. (O. 4; 5.) Agrigentinorum denique et Himeraeorum post Ol. 76, 4. (O. 12; I. 2. fr. scol. 3. cf. Bkh. — Tyranni Siciliae tenebant partem maiorem, et Gelo quidem, Hiero, Thrasybulus Syracusas, Gelam Camarinam usque ad Ol. 78, 3. (ante id tempus scripta sunt P. 2; 3; 1; O. 1; N. 1; O. 6. fr. scol. 5-7; hyp. 1-3, post restitutam libertatem O. 4; 5.); Thero, Xenocrates, Thrasydaeus Agrigentum et Himeram usque ad Ol. 76, 4. (ante Ol. 76, 4. scripta sunt P. 6; 12; O. 2; 3. fr. enc. 1. 2; postea O. 12; I. 2. fr. scol. 3.). — Regiam denique potestatem habebant Alexander Amyntæ filius in Macedonia (fr. encom. 3; 4.) et Arcesilaus Cyrenis (P. 5; 4; 9.). —

*στάσιν ἀπὸ προστίθων ἐπίκοτον ἀνελών,
πενίας δότειραν, ἔχθραν κονδοτρόφορον.*

At quid, quaeso, aliud his versibus efficere voluit Pindarus, nisi ut *τὴν στάσιν* i. e. domesticas, quae tunc Thebis erant, discordias ex animis evellerent cives sui, et tranquillitatem i. e. domesticam concordiam (P. 8, 1 sqq.) expeterent. Rectissime igitur Pindarum collaudandum potius esse censem Schneid. p. LXXXIX, quod unanimi consensi suscipiendo adversus Medos belli suos fuerit Thebanis. —

Diximus de Pindari vita et moribus, de civitatium Graecarum quae illis temporibus fuerit conditione, de epinicii carminis natura. Triplex eius esse consilium digito indicavimus, unum poeticum, alterum civile, tertium ethicum. Atque poeticum quidem est in ipsa victoriae praedicatione, id est in victoris, gentis, patriae, ludorum ac deorum, qui iis praeasant, laudibus; civilis prudentiae exempla in omnibus fere carminibus reperies; honestatis denique et recti sensum tum adhortando, tum monendo, castigando, consolando, collaudando tantum non ubique profitetur poeta. Iam vero quum quomodo in his rebus tractandis versatus sit quaerimus, duplex eum videmus usurpare dicendi genus, alterum apertum vel directum, quod dixeris, alterum artificiosius, quod in fabularum perspicitur lyrical tractatione. Cuius rei cognitio quum proxime accedat ad id, quod nobis proposuimus, iam quaeramus accuratius, quid de natura et deorum, et hominum statuerit Pindarus.

Atque primum quidem satis constat, fabulas de diis et heroibus narratas continere quidquid paeclarum atque excellens mente conceperint veteres. Esse deum vel deos religione divinitus quasi ingenita agnoscit homo, quales vero eos cogitatione effingat eosque esse intelligat, id edocetur tum parentum doctrina, tum sua quiske natura. Antiquissimis autem temporibus quidquid eveniebat, et quidquid sentiebant cogitabantque homines de rebus divinis atque humanis, in duebant fabulis, quas postea versibus persecuti sunt poetae. Quare recte dixeris, fata aeterna gentium urbiumque in fabulis conspicua esse, et pulcherrimam rerum divinarum humanarumque imaginem. Nemo enim sanus adhuc in eo acquiescat, ut fabulas a poetis animi caussa inventas esse putet. Interpretes potius erant veteres poetae, qui quae ipsis erant tradita, quae tanquam commune aliquid sentiebant et credebant aequalium sensibus quasi et oculis subiicerent. Vera autem tenendum est illa eos habuisse, nec ficta, quae de diis tradebantur. Credibilia ea essent necne, hoc non curabant neque poterant curare antiqui illi scriptores; dii nimurum ipsis erant illi, quorum facta narrabant. Postea demum philosophorum, sophistarum, historicorum aetate interpretari cooperunt fabulas et dissecare id, quod ad id tempus fuerat coniunctum, alii, quod excelsius sentiebant, alii contra quod deorum religionumque despicientia sibi laudem accrescere opinabantur. Pindarus autem ea vixit aetate, quae „ut ab epicis carminis simplicitate paulatim desuescebat, ita a religione deorum haudquaquam degeneraverat.“ Pia et candida mente accipit, quae de diis heroibusque vulgo narrabantur. Miracula tantum abest ut neget posse evenire, ut quidquid deorum numine feratur perpetratum, quantumvis videatur mirum, verissimum esse profiteatur. cf. O. 1, 28. *Ἡ θαυματὰ πολλά.* P. 10, 48. *ἔμοι δὲ θαυμάσαι Θεῶν τελεσάντων οὐδέν ποτε φαίνεται Ἐμμεν ἄπιστον.* Hoc unum postulat, ut abhorreant poetae ab iis, quae flagitosum aliquid adspergere videantur diis *τοῖς ἄγνοῖς*. Talia quidem falsa esse iudicat, sed ita, ut primitivam quandam discernat fabulae formam, quam tenet (*τὸν ἀληθῆ λόγον* O. 1, 28.), et mendosam illam adumbrationem, quam aut ingeniosis poetarum fictionibus pulchri speciem prae se ferentibus adscribit (N. 7, 20 sqq.), aut invidiae et malevolentiae (O. 1, 47.). Quas autem fabulas veras esse putat, eas duplii tractat ratione. Vera enim alia quidem habet, certe tam multis cantata, ut de eis vix possit dubitari, sed silentio premenda, uti temporibus rudioribus gesta, cultiori vitae parum apta. cf. O. 9, 35 sqq., 103 sqq. fr. dith. 7. Intelligendum est igitur, deorum reverentiam unam ac solam caussam fuisse Pindaro, qua ductus fabulas interdum mutaverit, non placita quaedam philosophorum, neque libidinem quandam artis lycae.

Deorum naturam habent loci potissimum hi: fr. inc. 4; P. 2, 49 sqq.; O. 13, 83 sqq.; P. 9, 67; 10, 48 sqq.; 4, 63. fr. inc. 3.

Beati sunt et laborum expertes, μάζαοις O. 1, 52. cett. ἀθάνατοι N. 6, 5. cett. ἀμβροτοι N. 10, 7. ἄγροι O. 7, 60; P. 9, 64. cf. 3, 79. φέρτατοι Κοροῖδαι O. 9, 56. βασιλῆες P. 3, 94; N. 4, 67; O. 14, 3. Gratiae Apollini proxime adsidentes deorum intersunt oblectationibus O. 14, 8 sqq. Apollinem et Musas Iupiter progenuit gratificans diis, qui nuptias eius quum agerent petierant, ut novos quospiam faceret deos, magna ipsius facinora cantaturos. fr. hymn. 3. — Quae vero non amat Iupiter, ea horrent Musarum vocem quum audiunt, veluti Typhos deorum hostis. P. 1, 15 sqq. Tranquille coelestes vitam agunt sempiternam, nec tamen inertis otio dediti. Iureiurando inter se obstringunt O. 7, 65., amant et amantur O. 1, 25. 45. 75; I. 7, 29 sqq., coniunctim Apollo et Neptunus exstruunt Troiae moenia O. 8, 31 sqq., Apollo, Neptunus, Pluto Pylum defendunt O. 9, 31 sqq.; epulantur dii O. 14, 8 sqq.; P. 3, 93., convenient in concilium frequentes, concionantur, decernunt I. 7, 26 sqq.; rixae a diis alienae sunt, aut nullo negotio componuntur; conciliantur inter se Iupiter, Saturnus, Titanes P. 4, 291; O. 2, 70 sqq. fr. h. 6., Hercules Iunoni I. 3, 76 sqq. cf. N. 1, 70 sqq., Iupiter Neptuno, interveniente Themide I. 7, 45; εἴνεξεν πεπρωμένον ἦν v. 33.). Themis enim summum illud ius divinum, quod fatum vocant, quale esset, Iovi explicaverat, et ceteris diis. Fatum autem apud Pindarum nihil aliud est, nisi unius cuiusque rei natura, vel illa lex naturae, quae uni cuique suam sortem assignat, (νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς fr. inc. 48.), cui et dii parent, et homines, et quidquid est in rerum natura, est ius illud supremum, cum quod dii hominibus religiose servandum impo-
nunt, tum quod inter deos ipsos constitutum est, quo singula singulis munera descripta sunt, tum quo adversus homines utuntur, ne illi naturam excedant suam, sed servent assignatam, est denique ius illud, quo superiores utuntur in inferiores, boni in malos, homines in animalia. Quod qui tenent atque observant, ii iuste agunt ac recte; quare laudat quidem poeta (fr. dith. 7.) Geryonem, quod pro virili parte Herculi boves rapienti se opposuerit, neque ultiro dederit manus; sed Iupiter, inquit, superiorem voluit esse Herculem, deo progenitum; itaque ille nec prece nec pretio acceptas boves avexit, sed νόμῳ, id est natura sua superiore.

Penes Iovem autem ut est summum omnium rerum imperium (*Θεῶν ἄτε πλέον τι λαζών* fr. inc. 6.), ita fati quoque procuratio atque tutela: Λίός τοι νόος μέγας κυβερνᾷ Δαιμονί *ἀνδρῶν φίλων* P. 5, 114. (122). Ζεῦ πάτερ Ξενοφῶντος εὐθυνε δαιμονος οὐρον O. 13, 28. Τὸ μόρσιμον Λόθεν πεπρωμένον N. 4, 61, διόςδοτον βίου ἀρχάν fr. thren. 8; Λίός αἰσα O. 9, 42. Λόθεν αἰσαν N. 6, 13. Θεοῦ Μοῖρα, id est deus μοῖραν praebens O. 2, 21. Parcae autem exsequuntur ea, quae Iupiter, aut ceteri dii adnuente Iove constituerunt. Deorum voluntate (*κατὰ δαιμονα*) Hercules ipsis diis obsistere potest O, 9, 28; Iamo in lucem prodituro Apollo συμπαρέστασεν Μοῖρας O. 6, 42; Helios Lachesin iubet (*ἐξέλενσεν*) maximo iureiurando interposito Rhodi insulae possessionem ipsi confirmare, et una cum Iove (*Κρόνου σὺν παιδὶ*) ipsi addicere O. 7, 64 sqq. Itaque Parcae Themidem Iovi nuptum adducunt (fr. hymn. 2.), quum in ipsa Iovis natura posita sit summa iustitia, eaedemque negant Thetidem ei esse in matrimonium ducendam, quoniam aeterna naturae necessitate fieri non possit, ut Iove quisquam nascatur potentior (I. 7, 33.). Quae quum ita sint, recte veram Pindari sententiam hanc esse censemus, ut, quamvis complures deos esse agnoscat, unum tamen teneat omnia gubernare et divina et humana Iovem supremum (*τὸν θεόν, τὸν δαιμονα*). (Ita quidem interpretor illud *Tι θεός, τι τὸ πᾶν;* fr. inc. 1.) cf. P. 5, 23 sqq. *Τῷ σε μὴ λαθέτω παντὶ μὲν θεὸν αἵτιον ὑπερτιθέμεν.* fr. inc. 2. *θεός ὁ τὰ πάντα τεύχων βροτοῖς.* N. 10, 29. *Πᾶν δὲ τέλος ἐν τὸν ζογων.* cf. I. 3, 4 sqq.; N. 8, 35; P. 10, 10. cett. — Atque Iupiter quidem, ὑψιστος N. 1, 60; 11, 2; O. 4, 1, θεῶν ἄτε πλέον τι λαζών fr. inc. 6., ὁ πάντων κύριος I. 4, 53. cf. O. 7, 34; N. 1, 39; 5, 35; 7, 82; 10, 16; O. 9, 57., qui solus Typhonem domuit, dum ceteri dii aufugiunt οὐκ ἀνθρώποις ὅμοιαθέντες, ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ζώοις fr. scol. 7. cf. fr. prosod. 4; O. 4, 7; P. 1, 15 sqq., qui deorum suam cuique attribuit terrae partem, assignatamque tuetur O. 7, 55. 61. 67; N. 1, 14., qui, quidquid lubet, ex arbitrio suo perficit: splendidissimam ille quidem a se reportavit victoriam, quum vincitos olim ab ipso solvit Titanes (P. 4, 293. λῦσε δὲ Ζεὺς ἄριστος Τιτᾶνας cf. fr. hymn. 6.), et cum patre Saturno rediit in gratiam. Namque *Λίός ὁδὸς παρὰ Κρόνου τύρσιν* O. 2, 70. est illa via, qua commeare solet Iupiter salutatus patrem sibi reconciliatum.

Quae quum ita sint, Iupiter omnium maxime ab hominibus colendus est P. 6, 23 sqq., et celebrandus quidem ἀμέρᾳ ὥπι N. 7, 82., quippe quae convenient Iovis dignitati, cf. N. 2, 1 sqq.; 3, 10 sqq.; 5, 25; O. 2, init.

Dii vero non solum potentissimi sunt, sed etiam iustissimi (*καὶ μὰν θεῶν πιστὸν γένος* N. 10, 54.), fidem conservant ac iuriandum (*θεῶν ὄργον μέγαν* O. 7, 65.), longe absunt ab iis mendacia (*ψευδέων οὐχ ἀπετεῖαι* P. 3, 29; 9, 42.), quare Iovem δαιμονογὸν εὐνοιᾶς καὶ δίκαιος vocat Pindarus apud Plut. praec. reipl. ger. c. 13. cf. Bkh. ad fr. paean. 6. — Idem sunt sapientissimi: *Ζεῦ ἀριστότερην πάτερ* fr. paean. 6. cf. O. 9, 52; P. 1, 48; 2, 40; O. 11, 21; 13, 52; N. 10, 65. Eventura noverunt perinde ac praeterita omnia, et velut praesentia contemplantur: *εἰ δὲ θεὸν ἀνήρ τις ἔλπεται τι λαθέμεν ἔρδων ἀμαρτάνει* O. 1, 64; Apollinem nemo decipit: *κλέπτει τέ νιν Οὐ θεός οὐ βροτὸς ἔργοις οὔτε βουλαῖς* P. 3, 30; 9, 44; deorum vero consilia nemo perspicit mortalis fr. paean. 10.

*Tί δ' ἔλπει σοφίαν ἔμεναι, φ' (γ') ὀλίγον
ἀνὴρ ὑπὲρ ἀνδρὸς ισχύει;
οὐ γὰρ ἐσθ' ὅπως τὰ θεῶν βουλεύματ' ἔρευνάσει βροτέα φρενί. Θρατᾶς δ' ἀπὸ μαρρὸς ἔφυ.*

Summam autem dii curam habent cum omnibus rerum, tum maxime humanarum. P. 8, 76.

*Τὰ δ' οὐκ ἐπ' ἀνδράσι κεῖται· δαίμονι δὲ παρίσχει,
ἄλλοτ' ἄλλον ὑπερθε βάλλων, ἄλλον δ' ὑπὸ χειρῶν
μέτρῳ καταβαίνει.*

cf. P. 8, 53; 3, 80 sqq.; 1, 56. 61; I. 3, 23; O. 8, 25 sqq. Hunc augent, illum deprimunt P. 2, 88 sq. 51 sq. Praebent quidquid volunt I. 4, 52., et quo tempore lubet P. 12, 29 sqq.; N. 11, 37 sqq.; O. 7, 11. Complures hominibus a diis patefacti sunt laudis et gloriae aditus, modo ipsi gnaviter agant atque industrie N. 8, 1. *Ἄρχαι δὲ βέβληται θεῶν καίνου σὺν ἀνδρὸς δαιμονίαις ἀρεταῖς.* cf. N. 10, 29 sqq.; fr. hyp. 5. Victoriam dii praebent, et in Olympiis quidem Nemeisque Iupiter, in Pythiis, et Delphis et Sicyone celebratis, Apollo, in Isthmiis Neptunus; tum vero, qui proprie habentur *θεοὶ ἐναγώνοι*, Mercurius O. 6, 79; P. 2, 20; I. 1, 60., Hercules et Dioscuri O. 3, 36 sqq.; P. 5, 9 (10); cf. N. 10, 52 sqq., Thia I. 4, init.; victoria curulis Dianae ope reportata dicitur P. 2, 7, Neptuni O. 1, 85 sqq.; P. 2, 12, Castoris P. 5, 9. — Illustria autem certaminum praemia Musa recordari solet N. 1, 11 sqq.; P. 10, 22. cf. O. 7, init., 11, 95., et quos supra attuli locos. — Hostes propulsant P. 1, 71 sqq.; N. 9, 28 sqq.; cf. I. 6, 37 sqq., et, qui Persas in Graeciam immiserunt (*Διὸς ὄμβρῳ* I. 4, 49.), iidem a Persis Graeciam liberaverunt. I. 7, 9 sqq. — Calamitates pariter atque res secundae divinitus accident (*θεόδοτος ἀτλάτας κακότας*, vel *θεόδοτος ἄτα* fr. inc. 68. 69.), sed ita, ut post mala utique solatum sequi iubeant dii res iueundiores. O. 2, 15 sqq. 23. 33 sqq.; O. 12, 10 sqq.; I. 3, 36 sqq.; fr. inc. 144; secundis enim superantur priora sua natura fr. inc. 146. Bkh., O. 1, 99; 2, 18 sqq.; cf. P. 3, 81. Consentaneum est autem, quod a diis amantur ii, quorum mores similes sunt divinorum, iusti homines ac pii. *Ἀνεται δὲ πρὸς χρόνιν εὐσεβίας ἀνδρῶν λιταῖς* O. 8, 8. cf. O. 2, 12 sqq.; I. 5, 42 sqq.; N. 10, 54. Servant eos, quibus favent, atque Iuno quidem Iasonem, Minerva Bellerophonem, Diomedem, Perseum, Apollo Iamum, Aesculapium, Aristaeum, Neptunus Pelopem, Herculem Iupiter; augent bonorum felicitatem I. 3, 5; O. 3, 39; 7, 87 sqq.; cf. P. 3, 93 sqq. 103; N. 5, 36 sqq.; I. 7, 40., ulciscuntur contra, quidquid sceleris committitur, partim in hac terra, partim apud inferos; cf. O. 2, 56 sqq., et quae infra dicentur. Omnes enim mortales manet iustum iudicium, neque ullum unquam facinus deorum fugit cognitionem O. 1, 64., in certam perniciem detrudunt impios, *χόλος δ' οὐκ ἀλιθίος γῆγεται παιδῶν Διός.* P. 3, 11; terror divinitus missus vel fortissimum virum in fugam vertit N. 9, 27. Dii vero quum viuis careant ac culpa, quae admittuntur scelera ea fiunt *ἀνενθε θεῶν* O. 9, 103; quare silentio talia premenda sunt atque oblivione. O. 9, 103; fr. dith. 7; N. 5, 18. Septem illi adversus Thebas profecti sunt *αἰσιᾶν οἱ πατέρες ὁρνίζων ὄδον· προπτέα φαινομένων δ' ἀρ' έσταν σπεῦδεν ὄμιλος ικέθαι.* N. 9, 17 sqq. —

Qui autem nimia petunt et maiora quidem, quam pro mortalibus, eos subito opprimit iusta deorum vindicta (*θεῶν φθόνος*) P. 10, 20, I. 6, 43 sqq.; quam Bellerophon olim expertus est O. 13, 91; I. 6, 43 sqq.; Tantalus O. 1, 56; Ixion P. 2, 26 sqq.; Tityos P. 4, 92; Aesculapius P. 3, 54 sqq.; Coronis P. 3, 24; Typhos P. 1, 16; 8, 16; Aloidae P. 4, 70; fr. inc. 34; Porphyrio cum Gigantibus P. 8, 12 sqq. — Quare cave, ne cum diis certamen ineas P. 2, 88; 10, 27; cf. N. 6 init; I. 4, 14; P. 3, 59 sqq.; neve cum iis, quos dii amant atque tuentur fr. inc. 143; *ἄτρωτοι* enim sunt *παιδες θεῶν* I. 3, 18; et frustra cum superiore certat inferior fr. inc. 119 Bh. —

Haec quidem de diis; iam quid de hominum natura Pindarus statuerit videamus. Ac primum quidem similes esse deorum mortales et mente et natura diserte dicit ac pulchre, et quamquam diversi sint generis, eadem tamen matre nutritos Tellure; at distineri utrosque magno illo potentiae discrimine. Apponam locum integrum N. 6, 1 sqq.

Ἐν ἀνδρῶν, ἐν θεῶν γένος ἐκ μᾶς δὲ πνέομεν
ματρὸς ἀμφότεροι· διείσει δὲ πᾶσα κενομένα
δύναμις, ὡς τὸ μὲν οὐδέν, ὁ δὲ χάλκεος ἀσφαλὲς αὖτε ἔδος
μένει οὐρανός. ἀλλά τι προσφέρουμεν ἔμπαν ἢ μέγαν
νόον ἤτοι φύσιν ἀθανάτους,
καίτερος ἐφαυερίαν οὐκ εἰδότες οὐδὲ μετὰ νύκτας
ἄμμι πότμος
οἵσαν τιν' ἔγχαψε δραμεῖν ποτὶ στάθμασ.

et P. 8, 95.

Ἐπάμεροι· τι δέ τις; τι δ' οὐ τις; σκάσσεις
ἀνθρωπος ἀλλ' ὅταν αἴγιλα διόσδοτος ἔλθῃ,
λαμπρὸν φέγγος ἐπεστιν ἀνδρῶν καὶ μείλιχος αἰών.

Cum diis igitur comparati homines inferiore sunt conditione et multis malis erroribusque obnoxii. Imbecilla eorum est natura et fragilis P. 8, 92; O. 1, 66; N. 1, 32 *κοιναὶ γὰρ ἔρχονται ἐλπίδες πολυπόνων ἀνδρῶν* cf. Diss., O. 7, 94; cf. I. 3, 18; O. 8, extr., P. 5, 120; N. 7, 54 sqq. Futurarum rerum inscii vix iis recte utuntur, quae sunt ante pedes positae O. 2, 30 sqq.; N. 11, 43 sqq.; O. 12, 2 sqq. Alienam petunt et nimia P. 3, 20 sqq.; N. 3, 30. cf. fr. inc. 72, 123, 124, 148; P. 11, 25 sqq.; 2, 26 sqq. Spes autem vigilantium somnia sunt fr. inc. 131. cf. fr. inc. 130. Lucri studium vel sapientissimos interdum corruptit, veluti Aesculapium P. 3, 54; cf. 4, 139 sq.; fr. inc. 141. Invidiam amant et mendacia fr. inc. 128, 129; N. 8, 21 sqq.; O. 2, 95; P. 1, 82. 84; 7, 18 sqq.; 11, 29; O. 6, 72 sqq.; P. 2, 75 sqq.; N. 8, 32; 10, 78; fr. inc. 154. Pessimum vero et perniciosissimum omnium malorum insolentia est (*ὑβρις κόρου μάτηρ θρασύμυθος*) O. 13, 10. Quum enim ante omnia hominem deceat intelligere se esse mortalem (*θνατὰ θνατοῖσι πρέπει Ι 4, 16*), qui magnam felicitatem concoquere (*χαταπέψαι*) non potest, fastu (*κόρῳ*) ille quidem sibi parat *ἄταντι πρέροπλον* (O. 1, 55), et *Κῆρας ὄλβοθρέμμονας* fr. inc. 142; veluti Tantalus, Ixion, alii. Atque hinc invidia illa oritur deorum, qua nihil magis est cavendum. I. 6, 39; P. 10, 20; O. 8, extr. Bh. Propterea Pindarus ipse, si qua quid altius extulit, id excusat O. 13, 24 sqq.; laudem compescit I. 4, 51; O. 8, 55; P. 9, 77 sqq.; 8, 29 sqq.; 10, 51 sqq.; *ὅθον* exoptat *ἀπήμονα* fr. hyp. 4, 7. cf. P. 3, 105 sqq.; 8, 92 sqq.

Quae cum ita sint, cum naturae imbecillitati et multis erroribus obnoxii sint homines, optimo cuique id maxime agendum est, primum ut a deo exposcat ea, quae vere expediant, et deum agnoscat bonorum omnium auctorem, tum ut ipse, quidquid praeclarum sit, id ut assequatur toto animo et studio omni contendat atque elaboret. P. 5, 23. *Τῷ σε μὴ λαθέτω — παντὶ μὲν θεὸν αὐτοῖς ὑπερτιθέμεν.* N. 9, 45. *ἴστω λαχῶν πρὸς δαιμόνων θαυμαστὸν ὄλβον.* P. 11, 50. *Θεόθεν ἔραιμαν καλῶν Δυνατὰ μαιόμενος ἐν ἀλιξίᾳ.* O. 13, 104. *νῦν δὲ ἔλπομαι μὲν, ἐν θεῷ γε μὰν τέλος.* cf. O. 2, 19 sqq.; P. 1, 29; 5, 12; N. 8, 17; I. 5, 10 sqq. Ac primum quidem id homines decet expetere, ut prosperam nacti fortunam bene audiant. P. 1, 99 sqq. *Τὸ δὲ παθεῖν εὐ πρῶτον ἀθλῶν· εὐ δὲ ἀκούειν δευτέρα μοῖρα· ἀμφοτέροισι δ' ἀνήρ.* *Ος ἀνὴρ ἔγκυρος, καὶ ἔλη, στέφανον ὑψιστον δέδεκται.* I. 4, 12. *Δύο δέ τοι ξωῆς ἀντον μοῦνα ποιμαίνοντι τὸν ἀλπινοτον εὐανθεῖ σὺν ὄλβῳ,* *Εἴ τις εὐ πάσχων λόγον ἔσλον ἀκούσῃ.* *Μὴ μάτεν Ζεὺς γενέσθαι· πάντ' ἔχεις,* *Εἴ σε τούτων μοῖρα ἀφίζοιτο καλῶν.* Similiter de gloria poeta dicit O. 7, 10. *οὐδὲ ὄλβιος, ὃν φάμαι χατέζονται ἀγαθαι* sqq.; de opibus cum gloria coniunctis N. 9, 46; de divitiis virtutibus ornatis P. 5, 1 sqq. *Ο πλοῦτος εὐρυσθενής,* *Οταν τις ἀρετῆ κενομαίνοντας καθαρῷ Βοστήσιος ἀνήρ πότμον παραδόντος αὐτὸν ἀνάγη πολύφιλον ἐπέταν.* cf. O. 2, 33 sqq.; 53; P. 2, 56; N. 3, 19 sqq.; 11, 13 sqq.; N. 1, 31 sqq. Invidia quidem, ut quisque maxime excellit, ita eum accerrime solet arrodere. P. 7, 18; 11, 29. 30; O. 6, 72 sqq.; N. 8, 21 sqq.; O. 2, 95 sqq. Tu vero ne cede obtrectationi (*Ἄλλ' ὅμως, κρέσσων γὰρ οἰκτιόμον φθόνος,* *Μὴ παρίει καλά* P. 1, 85), sed

fortem ubique ac strenuum praesta te virum (*ῦδωρ παπνῷ φέρειν* N. 1, 24. cf. N. 7, 17. 30 Dissen.). Gloria enim, licet multo sudore parata, sequitur profecto res gnaviter gestas P. 9, 76; I. 4, 22 sqq. 56; 6, 26; 7, extr.; O. 6, 72; fr. inc. 147; 68, 5; fr. encom. 4; P. 5, 54; 12, 28; O. 5, 15; 6, 9 sqq.; P. 3, 80 sqq.; 8, 73 sqq. Elabitur quidem victoriae praemium vel meliori interdum de manibus, ut succumbat inferiori, veluti Ulixi olim Ajax N. 7, 21 sqq.; 8, 25 sqq.; sed vera tamen Aiacis laus aeterna vivit ab Homero carmine celebrata I. 3, 49 — 60. Inerti vero honos nullus fr. inc. 149; 150; O. 1, 81; 6, 9: P. 4, 186; 8, 83 sqq. — Longum est enumerare virtutes omnes, quarum praecpta aequalibus iterum ac saepius commendat Pindarus, iustitiam fr. hymn. 2, 7 sqq.; pietatem P. 2, 24; liberalitatem N. 1, 31; fidem N. 7, 86; veritatis studium P. 9, 95; fr. inc. 118; temperantiam P. 2, 34; sapientiam O. 13, 46 sqq.; alias. Ad hoc velim attendas animum, quanti fecerit Pindarus ingenitam illam atque innatam quasi hominibus recte ac fortiter agendi vim, quam deo debeant vel naturae. *Tὸ δὲ γνῆς κράτιστον ἄπαν* e. q. s. O. 9, 100 sqq.; cf. O. 2, 86 sq.; P. 8, 44 sq.; N. 1, 25 sqq.; 3, 40; 5, 40; 7, 1 sqq.; O. 10, 19 sq.; 13, 13. — Iam vero illud quoque facile intelligitur, cur Pindarus numina, quibus proprie curae sunt res humanae, ea toties celebraverit et tam eximie. Iamo in lucem prodituro Apollo adesse iubet Parcas et Lucinam O. 6, 41; infantem dracones nutrient *δαιμόνων βούλαιοι* ib. 45. Aristaeum recens natum Mercurius Horis tradit et Telluri, quae immortalem eum facerent deum P. 9, 59 sqq. cf. N. 7, init. ibi Diss. — De Parcis dictum est supra; vocantur *βαθύφρονες*, *ἴψιθροντοι* I. 5, 16 iisque assidet Lucina N. 7, 1; O. 6, 41; cf. O. 1, 26. Themidem Iovi adducunt fr. h. 2, rata faciunt, quae Iovi ceterisque diis placuere O. 7, 64; 11, 52; invocantur, ut puero adsint victori I. 5, 16; imprimis autem familiae domusque prospiciunt sanctitati P. 4, 145. Simili de caussa *Πότμος* appellatur *ἄναξ* N. 4, 42; *ὁ μέγας* P. 3, 86; cf. N. 6, 6, et *Χρόνος ἀνδρῶν δικαιῶν σωτήρ ἄριστος* fr. inc. 29. 30; *πάντων πατήρ* O. 2, 17; cf. 11, 53; P. 12, 30 sqq. *Τύχη* inter Parcas primum tenet locum fr. h. 9, Iovis liberatoris filia O. 12, 1, *σώτειρα* O. 12, 2, *φρεσπόλις* fr. h. 10, *ἀπειθής, δίδυμον στρέφοισα πηδάλιον* fr. h. 11. cf. O. 2, init; fr. h. 12. Thiam praecclare celebrat I. 4, init. cf. Welek. ap. Diss. in edit. Boeckh. p. 511; Horas tum naturae virescentis et volvendi anni praesides O. 4, 2; N. 4, 34; fr. dith. 3, 13; tum humanae vitae custodes (O. 13, 17), *Εὐρομία σώτειρα* O. 9, 16; *Δίκη* O. 7, 17; P. 8, 1. 71; *Εἰράνα*, *χονσεοι παιδες εὐβούλου Θέμιτος* O. 13, 6 sqq.; Vocantur *ἀλαθέτες, χροσάμπυνες, ἀγλαόζαρποι* fr. h. 2, 6, *ἴνθροντοι* P. 9, 60; cf. *Ωρα πότνια κάροντος Αρροδίτας* N. 8, 1. Heben dicit *ἀγλαόγυνον Ελειαθνίας ἀδελφεάν* N. 7, 4; *χροσοστέραντον* O. 6, 58; P. 9, 109; cf. N. 1, 71; 10, 18; I. 3, 77; *Οπώραν* I. 2, 5; *Ἐστιαν* N. 11, init. — Musas et Gratias, quibus debetur quidquid est puleri et iucundi cum in hominum tum in coelestium societate et conjunctione tantum non ubique exornat Pindarus (*σὺν ὑμῖν γὰρ τὰ τε τερπνὰ καὶ τὰ γλυκέα γίγνεται πάντα βροτοῖς* O. 14, 5 sqq.). — Themis, prima Iovis uxor (fr. h. 2), curat, ut iusti sint homines et concordes, (*σώτειρα Δίος ξενίου πάρερδος* O. 8, 22; *εὐβούλος* I. 7, 32; O. 13, 8; *οὐρανία* fr. h. 2; *ιερά* P. 11, 9. cf. O. 9, 15); Nemesis, ut suum cuique tribuatur, neve quisquam fines ipsi praescriptos excedat (*διχόθονλος*, dissentiens, pro infesta. O. 8, 86; *ὑπέρδικος*, summum ius exercens, P. 10, 44); Erinnys, ne quid inultum lateat, *όξεια* O. 2, 41. Praeterea alia eiusmodi ethica numina apud Pindarum reperies multa, poetae ingenio et pia mente nata, quae, si tanti est, volenti accipe animo. Sunt autem haec: *Ἄτρεζεια* O. 11, 13; *Ἀλάθεια, θυγάτηρ Δίος* O. 11, 4. *ἄνασσα* fr. inc. 118. *Ἄσυχτα, φιλόπολις* O. 4, 16. *φιλόφρων Δίκης μεγιστόπολις θυγάτηρ, βούλαν τε καὶ πολέμων ἔχουσα κλαῖδας ὑπερτάτας* P. 8 init. *μεγαλάνω* fr. inc. 125. *Πειθώ*, Veneri coniuncta P. 4, 129; fr. scol. 1, 1; 2, 11; P. 9, 39. *Νίκη θεός* N. 5, 42. *χρυσέα* I. 2, 26. *Ἄγγελια, Ερμῆς θυγάτηρ* O. 8, 81. *Ἄχω* O. 14, 21. *Φάμα* I. 3, 40. *Ὑμνος* O. 1, 8. *Χρυσός, Δίος παῖς* fr. inc. 140. *Πρόφασις, Επιμαθέος ὄγυνός θυγάτηρ* P. 5, 28. *Φεύγοντος* O. 8, 55. *Στάσις* fr. inc. 125. *Ἀλαλά, Πολέμον θυγάτηρ* fr. inc. 122. *Υβρις et Κόρος* O. 13, 10. *Αἰδώς θεός* N. 9, 33 sqq.; O. 13, 115; *Ἐνθυμία* fr. inc. 24, 3. *Νόμος* fr. inc. 48; *Ορχος* N. 11, 24. *Ἀνάγκα*, quod sciām, apud Pindarum non est numen.

Fruendum quidem est hac nostra vita, dum licet, (*αηδὲ μαύρου τέρψιν ἐν βίῳ πολύ τοι φέρτιστον ἀνδρὶ τερπνὸς ἀών.* fr. scol. 6), sed modus habendus (*σοφοὶ δὲ καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἰνησαν περισσῶς* fr. inc. 132) O. 3, 44; P. 2, 34; 11, 51 sqq.; N. 11, 47; in praesentibus rebus acquiescendum (*φρονεῖν τὸ παρειμένον*) N. 3, 75 Diss. cf. O. 1, 99 sqq.; neve, quod homini non licet, appetendum P. 3, 59. *χρὴ τα*

ἴσικότα πάρο δαιμόνων μαστενέμεν θναταῖς φρασίν, Τρόντα τὸ πάρο ποδὸς, οἵσας εἰμὲν αἴσας cf. P. 4, 92; N. 11, 13 sqq.; P. 10, 27. 'Ο χάλκεος οὐρανὸς οὐ ποτ' ἀμβατος αὐτῷ cf. I. 6, 43; N. 11, 44 sqq.; I. 4, 14 sqq. Μή μάτενε Ζεὺς γενέσθαι cf. O. 5, 23 sqq.; N. 3, 20. Οὐκέτι πρόσω Αβάταν ἀλλα κιόνων ὑπὲρ Ηρακλέος περᾶν εὐμαρές. cf. O. 1, 114; 3, 42; N. 4, 69; I. 3, 29 sqq.

Qui vero recte agit et fortiter et pie, is, quidquid evenerit, diis poterit confidere; καὶ μὰν θεῶν πιστὸν γένος N. 10, 45 cf. fr. hyp. 4, 8 sqq.; P. 4, 232; N. 7, 89 sqq.; P. 2, 49; fr. inc. 151; Facilem idem obibit mortem. P. 11, 54 sqq.

φθονεροὶ δ' ἀμύνονται
ἄται εἴ τις ἄκρον ἐλῶν ἀσυχᾶ τε νεμόμενος αὐτὰν ὕβριν
ἀπέργυεν μέλανα δ' αὖτε ἐσχατιάν
καλλίστα θάνατον σρῆσε γλυκυτάτη γενεῖ
εὐώνυμον κτεάνων κρατίσταν κάρου προφόρον.

Moriendum enim certe est, et id incertum, an hoc ipse die: θνάσκομεν γάρ ὅμῶς ἀπαντεῖς· δαίμων δ' αἴσος I. 6, 42. cf. O. 1, 82; N. 7, 30; fr. inc. 120; neque quidquam retinebit τὸ πεπωμένον fr. inc. 153. Post mortem autem justum omnes manet indicium, ἐπει δέζοντά τι καὶ παθεῖν έοικεν N. 4, 31.

Atque postulabant quidem commune omnium apud inferos iudicium quum qui illis temporibus de animalium immortalitate accuratius cooperant philosophari, vel mysteriorum secreta tradebant, tum maxime pia mens et religiosa poetae; et haud scio an Graecorum quisquam ante Platonem quidem earum rerum persuasionem aeque graviter, aeque divine sit prolocutus, atque Pindarus. Summa autem illa iustitia a deo exercetur partim in hac terra, partim apud inferos. O. 2, 56.

Ἐν (εὐ R.) δέ μιν (τὸν πλοῦτον ἀρετᾶς δεδαιδαλμένον) ἔχων τις οἶδεν τὸ μέλλον,
ὅτι θαρόντων μὲν ἐνθάδ' αὐτικ' ἀπάλαμνοι φρένες
ποιεῖς ἔτισαν, τὰ δὲν τῷδε Διὸς ἀρχᾶ
ἀλιτρὰ κατὰ γάρ δικάζει τις ἐγχρόη
λόγον φράσας ἀνάγκη. κ. τ. ξ.

cf. Rauchenst. Quaestt. P. II. 13 sqq. de explicando hoc loco optime meritum. I. 6, 47 sqq.; P. 3, 103 sqq.

Improbi igitur peccatorum poenas luunt non solum corporis, verum etiam animi doloribus excruciant (cf. fr. thren. 3); probi autem post mortem vitam agunt beatissimam in deorum, heroum hominumque a diis dilectorum (*παρὰ τιμίοις θεῶν*) recepti consuetudinem. fr. thren. 1, 5; fr. inc. 130. Laetiora utique Orci loca, et ἐναργεστέραν quasi defunctorum naturam sibi finxisse videtur Pindarus, quam vulgo solebant veteres. Qui probe vixit, ei mors pulchrior. P. 11, 56 sqq.; mortem non metuit, cui ex sententia res cedunt O. 8, 72; victoriae nuntius vel in Oreum penetrat O. 14, 20 sqq.; O. 8, 81 sqq.; quin etiam ipsi defuncti in gloria superstitionis propinquitate seeum iunctorum eorumque meritis partem habent suam O. 8, 77 sqq.; P. 5, 102 sqq.; cf. N. 7, 30 sqq. Corpus enim morte occubit, relinquitur autem vivum aevi simulacrum (*αἰῶνος εἴδωλον*) idque aeternum (*τὸ γάρ ιστι μόνον ἐκ θεῶν*), fr. thren. 2. Atque a quibus Proserpina pristinae culpae exegerit piacula, illorum animos nono anno rursus ad supernum solem emittet, qui sancti heroes in futurum tempus a postgenitis nuncupentur. fr. thren. 4. Quotquot autem ter utrobique (i. e. primum in terris, deinde apud inferos) commorati ab omnibus omnino iniustis rebus animum continere sustinuerunt, Iovis ii iter emensi ad Saturni pervenient regiam, ad beatorum insulas. O. 2, 68 sqq. Beatis enim imperat Saturnus, cum filio reconciliatus, qui olim propter violatam pietatem cum sociis in tartarum erat detrusus (Hom. Il. 14, 203; Hes. Theog. 717 Wolf). Idem facinus a Iove commissum eidem minatur eandem vindictam, quam tamen evitat sapientia Iovis, qui de iure suo ultro cedens iram deponit, patris Titanumque vincula solvit, solutis Elysi Campos assignat. P. 4, 291; fr. h. 6. In gratiam autem postquam redierunt pater et filius, coelestium alter, alter beatorum moderator, restituta summa omnium concordia, „utriusque civitatis coloni quasi quodam commeatu et commercio inter se utuntur adeo, ut resides in terris beatorum claritate ad ardua conanda excitentur, iam functi vero laboribus stirpis suae in vivis adhuc relictae gloria exultent.“ cf. Petri Anth. Pind. p. 23.

